AUREA BULLA CAROLI QUARTI ROMANORUM IMPERATORIS.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

Carolus Quartus divina favente clementia, Romanorũ Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

OMNE regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur, nam Principes eius facti ſunt ſocii furum, ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie ſicut in tenebris, & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut cæci ſint, & duces cæcorum, & qui ambulant in tenebris, offendunt, & cæci mente, ſcelera perpetrant, quæ in diviſionem contingunt; dic ſuperbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? dic Satan invide, quomodo Adam de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia

 divi-